



h.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-36449-p0002-8

DFG

h. 72, 6.

64

ADSPIRANTE NUMINE SAPIENTISSI MO!

MONSTRUM

FICORQ. 101
ARTAT. 102
MEDIQ. 103

HUMANUM

VENTRIBUS SINE PROPORTIONE ET MUTILIS

ARTUBUS,

WITTEBERGÆ D. XXX. AUGUSTI,

NATVM,

ANIMO LUSTRANDUM SISTIT IN PUBLICO

PRÆSIDE

M. SIMON. FRIDERICO

FRENZELIO,

AMPLISS. FACULT. PHILOPH. ADJ.

RESPONDENS

TOBIAS SCHEPLER,

Hollatus.

AD DIEM XVI. DECEMBER. ANNO CLX. LXXIV.

IN AUDITORIO MAJORI.



WITTEBERGÆ
TYPIS JOHANNIS WILLKIL

2, 17.

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis pariter ac Experientissimis

DN. DN.

TOBIÆ HEINSIO, Doctori

MEDICO CELEBRATISSIMO, ET CIVITATIS PATRIÆ,
QVÆ COTBUSII LUSATORUM EST, EJUSDEMQUE CIR-
CULI PRACTICO ORDINARIO EXCELLENTIBUS
MERITIS CONSPICUO,

NEC NON

PAULO SCHEUBANO, Docto.

RI MEDICO FAMIGERABILI, ET PRINCIPALIS CIVITA-
TIS SERVESTANÆ PRACTICO ORDINARIO FELICISSI-
MO, GRAVISSIMO,

DOMINIS ET FAUTORIBUS SUIS MAXIMOPERE DEVENERANDIS:

JUXTIM AC
PERREVERENDO CLARISSIMO QVE VIRO,
DOMINO

Ehrenfried BURSCHERO,

Ecclesiæ, qvæ Servatori colligitur, in Dyssen / nativâ
HEUSLERIÆ, MATERNÆQVE STIRPIS sede, Sylo / &c.

PASTORI fidelissimo, meritissimo,

DOMINO AC COGNATO SUO ÆTATEM COLENDO,


HAS ASSERTIONES PUBLICAS

NON TAM MORIS, QVAM HONORIS AMORISQ; DEBITI ERGO,

Cum Voto

PERENNANTIS FELICITATIS CONSUMMATÆ,

Nuncupat SACRAS
FRENZELIUS AUCTOR.



Pou Vd 1771 2. (7)

IN NOMINE JESU DEI HOMINIS!
DISSERTATIONIS PRODROMUS.



Vum per fatorum seriem, in ea reservati simus tempora, quæ infinitis nos ab omni parte cingunt periculis, & supremam propemodum minitantur ruinam, cœlum non modò horrendas, metumq; incutientes exhibet facies, elonginquo, futurorum eventuum præsagas, sed & terra nobis proxima, cum sociâ aquâ, mala subinde parturire ingreditur, ut ultraq; agentia in nostram perniciem consipitate videantur. Subeunt mentem, recentiora ejus rei exempla, & si non insolentiâ suâ singula tenent animum, virtute tamen quâdam tacitâ occupant universa. Non repetemus altius pristinas COELI formas, quas memoriae prodiderunt præcipui PLINIUS l. II. c. 57. SENECA. qvæst. natur. PHILIP. MELANCHHT. II. Meteoror. plurima ostenta aerea in Germaniâ esse visa ab anno 1524. ad 1548. referens, SNELLIUS lib: de Cometâ anni 1618. narrans, circa id temporis à Batavis Amorsfortii ac alibi, & quidem haud altè supra ipsa culmina tectorum, visa tormenta, tubas, felopetorum displosiones, castrorum metationes atq; alia id genus quam plurima: quin adeò, priusquam classis Hispanica nostro & Britannico Oceano, instar Xerxis cuiusdam, vincla & virgas injectura videretur, anno 1588. meminisse se admodum puerum, à notis & familiaribus audivisse, visos Amstelodami in ipso aere, paulo ante solidis occasum, navium conflictus maritimos ac impressiones hostiles, multis hominum millibus inspectantibus. Similium recordatur ostendorum in Belgio Cornel: à Lapid: in comment: super c. V. l. II. Macab. Insistunt horum Scriptorum vestigiis MAIOLUS continuatus tom. II. coll. 4. Job. JONSTON: Cl. III. Thaumat. c. ult. post alia quam plurima, ex Mercurio Gallo-Belgio, memorans, anno 1627. duos in Pomeraniâ visos configere exercitus, Septentrionalem evasi. Se victore n, eumq; procedentem secutam esse trabem igneam: Ac Anno 1627. Mens Martio, duas in Misniâ in insimâ aeris regione concurrisse aci-

A

es, ita

es, ita formatas, ut videri vultus & ora potuerint, fusius hæc de-
ducente Casp. SCHOTTO, in Phys. Curios. LVI. Mirab. c. i. p. 745 seqq.
qui mentione subinde injicit phantasmatis recentioris, ante Turca-
rum ingentem exercitum, visi anno 1661. sub formâ acinacum flam-
mantum, luna curvata in cornua, ac aliarum stellarum, iconismo
expressâ: Et nostro cum maxime obversatur etiam nū animo species
memorandi, in Polonia Posonii, intra & extra urbem, ultra octo
miliarium spatium, anni elapsi 1673. d. III. Octobr. conspecti ostend-
ti, quo illucescente die, duo ordinati sibiq; oppositi exercitus appar-
tuerunt, auditio insimul fragore armorum & tormentorum toni-
tru, usq; dum ab ortu solis positus exercitus cesserit quasi, ac pri-
mum disparuerit: Ad finem hujus spectaculi supra dictam urbem
ascendit igneus globus ingens, in auras tandem abiens: Similem
vidit globum meteoricum anno 1641. d. 15. Septembr. Marchia, utraq;
Lusatia & his affinis terra, quo de B. Mart. HENSIUS, celebris Fran-
cofurtanus Theologus, in Academiâ Viadrinâ edisseruit publicè. In
qvibus formandis aereis ostentis Omnipotentis occupari digitum,
qvis sanæ rationis inficias ibit tenerè? qvis impiam illam & Chri-
stiano nomine indignam probabit vocem Belgæ illius Eryci Pute-
ani, inqventis: Si quid cœlum ostendit, cuius causa occulta sit, sta-
tim novas ærumnas & calamitates denunciari autumant, quæ admi-
randâ sunt, perversa tristitia dulcedo timenda facit, omnis ab ignoran-
tiâ metus est: & ipsos cometas leta luminis omina interpretantis.
Conf. Seïa Thearchia in comparabilis B. DANNHAUERI.

Qvale verò monstrum dederit ante hos duodecim annos, &
quod exurrit MARE, omnibus & peritissimis rerum physicarum
imò exterarum ignotum, exhibitum fuit in imagine, & sequentibus
delineatum verbis: Das Meerwunder ist in Holland zwischen Sche-
velingen und Catwick auf der See gefangen / worauf es dren
Stunden gelebet / und hat sich in Fange wundergrausam gestellet / bis
man es mit einem Boshacken in Leib gehauen und fest gehalten. Es
ist ohn gefehr dren und einen halben Fußlang / hat ein gar wunder-
liches Haupt / und auf denselben einen achtkandigen Stern / bey nahe
eines Fußeslang: auf dem Sterne stehen hin und wieder gar viel

Knöp-



Knöpfchen/ mit einer kleinen Crone umbfaßt/ und wie der Fisch noch gelebet/ so haben die Knöpfchen als kleine Spiegel geschimmt. Aus dem Stern gehet ein Adler Schnabel/welcher kan auf und zugethan werde. Unten hat es eine Rüfzel an stat des Mundes/wie ein Schwein un̄ eine zunge darinnen. Zwischen dem Rüfzel un̄ dem Stern stehen die Augen/ welche beym Leben des Fisches so schrecklich anzusehen gewesen/ daß man sich entsetzen müßen/ wann man sie angesehen; Nach dem sie/ so in der größe der Augen eines kalbes waren/ ausgenommen/ hat sichs befunden/ das das innerste des Augapfels die Gestalt und ansehen einer Perlen gehabt: Unter dem Sterne/ oder vorn auf dem Haupte/ gehen aus zwey lange Arme/ ohn gefehr zwey Finger breit: Es hat zwey Oerter/ dadurch es Speise zu sich nimmet/ und hat keinen Ausgang: In deßen Leib ist kein Gedärme/ sondern lauter Fett und Leber gewesen/ u.s.f.

Verum cùm in præsens TERRAM respiciamus maximè, ejusq; incolas, ferax ea nostrâ ætate satis monstrorum. Ut sicco præteream pede monstrum brutum, editum nuper in Lusatia inferiori DREPCOVIAE, ARGENTORATUM elapso anno 1672. d.XVII, Martii, enati monstri humani præbuit iconismū, hæc subjunctâ definitione: Diese Missgeburt hatte zwey Köpfe/ der rechte war größer/ als der lincke/ vier Arme/ zwey waren zwischen den Köpfen bis an die hände zusammen gewachsen/ die andern zwey hingen auf jeder Seiten herunter an den Schultern: Der unterleib mit Füßen waren ganz natürliche. In eröffnung hat man zwey Herzen in einer Herz-Kammer gefunden/ deren das lincke noch einmahl so groß/ als das rechte war: Die Lunge mit der Luftröhre sind auch doppelt gewesen/ auch der Magen und das Gedärme/ welches doch endlich bey dem Anfang des intestini coli in einander gieng. Die Leber war zwar einfach/ aber so groß/ daß sie die ganze breite des Leibes anfüllte: Auch nur ein Milch/ zwey mieren/ aber sehr gros/ eine Bläß/ und ein männlich Gemächt. Nunc exempla ab exteris petita haud suppetunt, ipsa hæc WITTEBERGA SAXONUM proprium sibi ac peculiare hodie exhibet spectandum, MONSTRUM HUMANUM, admirandum experientissimis etiam naturæ Consultis, quod in præsenti, adspirante Numine propitio, eruditio sistimus orbi.

DISSSERTATIONIS CAPUTI.
EXEMPLUM CASUS,
ALII INSIMUL EXEMPLIS
ILLUSTRATUM.

Natus est anno currente M DC LXXIV. die XXX. August. horâ V. matutinâ, hic Wittenbergæ Saxonum, infans sexus masculini, pater plusquam sexagenario Johann Webero, matre XXVIII. annorum, expers vitæ, cuius ventres omni propemodum destituebantur proportione ac artus perfectione. Quantitas universa corpusculi hujus finiebatur forte quadrante ulnæ onâ cum dimidio, sive tribus palmis vulgaribus, totidemq; digitis transversis. Caput fermè integrum complebat quadratum, dempto duorum digitorum intervallo, sive duos palmos. Reliqvum spatiï thoraci nimium exiguo, ac abdomini remanebat, adeo, ut supremi ventris longitudo major extiterit longitudine ventris medii & infimi. Erat præterea infans faciei prolixæ, oris angusti, nasi brevis ac obtusus. In artubus major occurserat defectus: Totius manus vicem ab utroq; latere supplebat, exigua pars carnis, à scapulis incipiens, & deficiente cubito, mox desinens in manum parvam, digitis suis præditam: Pari ratione totum pedem absolvit pars exigua carnis à natibus incipiens, femoris initium dans, sine tibiâ, mox desinens in pedem parvum, digitis suis præditum.

S. I. En

N! adumbratum monstrum, qvod publicorum artis Medicæ Doctorum oculis judicioq; fuit expositum. Grata veneror mente, qvæ benevolæ mihi impertivit manus celeberrimi nostri seculi sculapii, D. SENNERTI, Patronime etatem devenerandi, sub hoc verbo-
rum schemate: *Ventres, eqvidcm on.nes tres adfuere; verum quan-*
titate differentes: Supremus seu caput magritudine duos reliquos
longè superavit. Ossa ejus in parte anteriore, uti os frontis & ossa
synapsitis sat firma ac dura fuerunt, in posteriore vero os occipitis mol-
te & nondum recte elaboratum, ac proinde facilis negotio digitis move-
ri ac comprimi potuit. In facie nulla apparuit deformitas, excepto na-
so, qui compressus fuit. Medius venter s. thorax, omnium minimus
exitit, crassitatem pollicis non excedens, atq; ex papillis potissimum di-
gnoscendus. Infimus venter s. abdomen satis crassum, totum fermè
truncum constituens. Collum valde angustum, ac ferè nullum. Ma-
ximus defectus deprehensus in artubus; Etenim preter manus cum
fuis digitis & portionem humeri, cui manus annexæ fuerunt, ut & pe-
des cum suis digitis & portionem femoris, cui plantæ pedum affixa, ni-
hil observatum; deficientibus hinc toto cubito cum maximâ parte hu-
meri, & tota tibiâ cum maximâ parte femoris. Ossa in istâ portione
humeri & femoris non dura fuere, sed flexilia instar cartilaginis. An
& defectus quidam adfuerit in partibus Cavatum internis, ut & in
numero costarum ac vertebrarum colli, thoracis, lumborum, dict
non potest, cum infans ad sectionem non admissus.

II. Qvibus subjungo Excell. D. LOSSII, Doctoris Medicæ
publici, Fautoris mci maximoperè colendi, literas: *Quantū ex cor-*
poris externa structurâ potui cognoscere, judico, fuisse monstrum sine
articulatione, non tamen uti communiter sermo est, àrōcēov. Siqui-
dem qvod artus concernit, nulla in illis erat articulatio, dum & cu-
bitus & genua deerant. Nec ipsa manus & pedes, utut distinctis digi-
tis formatæ, per articulos cohærebant. Adnatæ erant manus exiguae
dorso, & pedes femori, ita tamen, ut ossa consueta deessent, & nihilominus interstitium cartilaginosum non penitus flexible & duriusculum
adesset. In ventre infimo nihil peculiare notavi, quo natura aber-
raverit. In thorace videbantur desiderari costæ; nam dum digitis

thoracem constringebam, cedebant omnia digitis. Siq'videm & dubium fuit de vertebbris dorsi, dum in spinâ dorsi mollia omnia, & facile comprimebantur. Sed circa scapularum regionem fulcimenti loco erat nihilominus aliquid durioris materie, quod pro non satis confirmato osse, vel cartilagine habui. Caput mirâ magnitudine intumuerat, à serosa colluvie intus contentâ, quæ compressioni cedebat, & per nares effluebat. Offa syncipitis, quo ad utramq; laminam ut & occipitis satis manifestè deprehendebantur. Sed propter defectum suturarum divulsa, ut occiput retro pendulum fuerit. Cæteroquin omnia satis erant in facie conformata, præterquam quod tuberculum nasi osseum unâ cum osse ethmoide & sphenoide, imò quantum digitis exploravi, tota superior maxilla cartilaginosa fuerit. Adeò in omnibus articulationibus natura aberraverat, ut etiam inferiores maxillas movere non potuerim.

III. Ita verò monstrū hoc primo statim intuitu ob insignē suā ac insolitā deformitatē spectatorē in sui rapuit admirationem, & specie extrernâ luculentum injecit discrimen inter corpushumanum ad naturæ normam esformatum, & præter hujus institutum deformatum. Nulli q'videm seculo, nulli hominum ætati defuere monstra, de q'vibus præter HIPPOCRATEM & ARISTOTEL. SCHENKIUS in Historia de Monstr. Ulysses ALDROVANDUS in Historia monstrorum, Fortunius LICETUS in Historiâ Monstror. Martinus WEINRICHIUS de ortu Monstrorum, Christoph. IRENAEUS de Monstris, STENGELIUS in Lib. de monstribus & monstrosis, SCHOTTUS in Physicâ, curiosa, valde vestigia legens SCHENKII. Huic tamen per omnia similem dari, dubitamus haut injuriâ.

IV. Simile quoq; brachia dedit æq;ve hæc ipsa WITTEBERGA, recensente ante laudato B. HEINSIO in Disput. citatâ §. 68. his verbis: Wittebergæ hoc anno, 1641. Mense Julio, Ministri Academici conjux non ita multo post mariti obitum, geminum partum fœmineum edidit, ubi puella altera ut debuit rectè conformata fuit, altera verò tristiori aspectu lacinias exhibuit verius, qvâm hominem repræsentarit. Loco capitis & colli, quæ desiderabantur, non parva informis carnis massa conspiciebatur, quæ lineamenta qvædam faciei humanæ, quando explicabatur, adumbrabat, sinistro brachio deficiente, dextri vice massulam carneam di midium



midium digitum longam & crassam habuit, quæ in extremitate fin-
debatur quasi in digitos. Inferior pars integra fuit, nisi quod pe-
dum digitii non omnes adessent, & qui aderant, imperfecti es-
sent &c.

V. Non excurram temerè in amplissimum illorum exemplo-
rum campum, quibus nulla fuere brachia nulli pedes. Congessit
eorum penè multa SCHOTTUS L.C. Cap. VII. p. 677. seqq. & fuit
hic Wittebergæ locisq; vicinis ante viginti fortè annorum spatum,
homo minoris statura, manibus à nativitatis puncto destitutus, qui
tamen beneficio pedum pennas scriptorias cultello adaptare, ele-
gantem scripturam formare, pingere ex arte, explodere bombardas,
aliaq; præstare officia valuit: Non absimilis illi Thome SCHWEI-
CKERO, literas pingenti pedibus, apud J. C. SCHENKIUM in hist.
Monstr. Et propriè nostro accedere videtur instituto, quod ALDRO-
VANDUS literis consignavit de Adolescenti Bononiensi, anno 1640
vivente, cui brachium dextrum in cubito terminabatur, ubi rudi-
menta quædam digitorum & unguium apparebant. Eodem anno
& loco, teste eodem, uxor ejusdam fabri lignarii enixa est puel-
lum integris omnibus membris, præter sinistrum brachium, quod in
cubitu desinebat, ubi similiter rudimenta confusa digitorum &
unguum conspiciebantur.

VI. Habito verò respectu ad *pedes monstrofosi*, in partes no-
stras vocamus denuò SCHENCKIUM, referentem anno 1597. na-
tum esse Coloniae in Germaniâ infantem, qui bene compacta ha-
bebat corporis membra, nisi quod femora pedesq; ab imo ventre
usq; ad extremitatem pedum coaluerant, digitis pedis sinistri o-
mnino defientibus, quorum loco regioni calcis ejusdem pedis
sinistri massa quædam carnis adhærebat.

CAPUT II.

PHYSICUM DE MONSTRO IUDICIUM.

§. I.

ENI formam externam Monstri Saxonici, versantem, circa con-
stitutionem ventrum & artuum, & peccantem non minus in
quantitatibus continua & discreta excessu, quam defectu. In Excessu,
ob vastitatem ventris supremi, cuius respectu nomen sibi vendicat
Mega-

Megacephali, imò juxta nonnullos Hydrocephali; nec non infimi, omni ferè thorace excluso. In defectu potissimum ob absentiam cubiti in manu, paniter ac tibiae in pede. De structura viscerum, partiumq; internarum pariter ac ossium fabricâ, ob denegatam anatomen, certi quid definire ac pronunciare, nobis haud integrum.

II. Deformitatis hujus insignis ac universum fermè puellulæ corpusculum occupantis, daturi causas, præsupponimus non imme-
rito, ex communi naturæ Interpretum mente, monstrositatis causam
esse vel efficientem vel materialem. Efficientem eamq; proximam, non
constituimus Deum, nec Diabolum, aut siderum influxum, imò nec
naturam sibi relatiæ, sed deficientem ac aberrantem. Materialem
f. subjectivam, semen & sanguinem menstruum.

III. Causa igitur monstri hujus, sive rectius monstrositatis, non
est Deus, causa illa prima corporum naturalium, & universalis, qvæ
nullum effectum determinat; Ens illud summè perfectum, bonum,
sapiens, potens, qvod in agendo deficere nullâ ratione potest: Mon-
strum verò formaliter non est effectus, sed defectus; Autor ordinis
sanctissimus, qui in singulis justum amat ordinem, ~~ταξι~~ in monstro
mera ~~ταξι~~. Concurrit quidē Deus, ceu causa prima ac universalis,
ad actionem causæ secundæ & particularis, qvæ talis, materialiter
spectatā, in producendo effectu naturali: Non tamen ad actionis hujus
inordinationem & causæ secundæ exorbitationem, in producendo defer-
etu sive ~~ταξι~~, effectui naturali adhærente: Quin poti⁹ habet se se ad
hanc tūm permisivè, naturam sustentando & potentiam agendi lar-
giendo, tūm directivè, actionem ad certum finem dirigendo, qvate-
nus defectibus statuit modum, pro infinitâ suâ sapientiâ, eosq; di-
rigit ad demonstrandam potentiaæ suæ & justitiaæ, adversus huma-
nas labes, gloria in, & denuncianda futura imminentia.

IV. Nec Daemon, juratus ille ac infensissimus totius generis
humani hostis, hujus accusandus deformitatis: Etsi enim perpetuo
flagret odio adversus nos, vereq; æstuet nocendi libidine, ut, nisi
(loqvor cum Megalandro nostro IUTHERO) providentia Dei cer-
tis semper cancellis Satanæ includeret furorem, nec pisci ulli in a-
quis, nec grano in agris, nec vini guttae aut cerevisiae in cellis, nec frusto
carnis in ollis parceret, nulliq; corporis membro integra constaret

seni-



sanitas; Imò eodem proseqvitur affectu ipsos Embryones, qvem explicant exempla tragica; inter alia illud à Philippo MELANCHHT. Lib. 2. Phys. p. 294. adductum his: *Ante bellum Germanicum, qvod Carolus Imperator adversus Ducem Saxoniæ & fœderatos gessit, natus est infans in pago quodam Francorum, cui exempto ex alvo matris culter jacuit in ventre, eminens cuspide extra ventrem, qui & paulatim facta suppuratione extractus est.* Omnes judicaruut bellum civile significari. Nec potest hic physica causa reddi. Unde enim culter insertus fuisset alvo Matris? Sed Diabolicis præstigiis culter ventri infantis infixus est, ad significandas mutuas cœdes civium, qui veluti in viscera sua ferrum postea strinxerunt. Finita tamen est Spiritus hujus potentia ac limitata: Non infinita & absoluta. Potens est, longèq; potentior cæteris creaturis, non omnipotens, qvi, sicuti non nisi ex permissione divinâ filiis sancti illius ad exemplum patientiae dati Viri, funestam inferre cladem valuit, ita nec ex se fœtus in ute-ro materno suâ aggredi potentiam, valet.

V. Multò minus influxum stellarum in istam influxisse deformitatem, asserimus. Non nescii, Conimbricenses Lib. 2. Phys. c. 9. quest. 4. artic. 3. pronunciare, *astra secundum diversos intuitus, interdum ad hæc aut illa monstra generanda, sublunares promovere causas:* Intuitus verò fausti perhibentur conjunctio, sextilis & trigonus: infausti, quadratus & oppositio: cum his faciunt, Antonius MIZALDUS memorab. Centuriâ IV. p. 85. ex Lemnio loquens: *Qui quarta Lunâ, silentijs sidere, & quarto ab ejusdem coitu cum Sole, mulierum subigunt, si ex eo congressu illa concipiat, inauspicata vitæ principia fœtui non solum conciliabit, sed & in agendis rebus ei infelicem plerumq; successum, informabit:* MAGIRUS Lib. I. Phys. c. 3. inquisiens: *Non raro peccat natura ob aliquem adspicuum & constellacionem Cælorum contrariam fœtui generando.* ALSTEDIUS in Encyclopædiâ lib. 17. parte 4. c. 10. p. 1099. & SCHOTTUS l. c. lib. 5. Mirabil. c. 27. p. 722. dicens: *Sidera ut in fœtibus probè efformandis, ita in iis deformandis vim maximam habere, is solum negabit, qui corundem in sublunaria efficaciam negat:* Probaturus mentem exemplo à STENGELIO lib. de Monstris c. 5. §. 6. dato de juvene, Hale in Tiroli, cætera egregio, in ventre verò mirabiliter monstroso: Crescente enim lunâ, illi quoddam tanrinum ibi excrevit caput, non sine cornibus, ut

caligæ illius nequaquam satis potuerint constringi. Quia de causâ, semper crescente lunâ domi se continuuit; decrescente autem eadem, quia & monstrum decrescens sese intra viscera revocavit, aut detinuit potius, foras prodijat, Zonâ jam arctiore. Qvod & in alio juvene Ingolstadii videre fuit, cui itidem semper lunâ auctiore, altera maxillaruim, atq; labra oris in immensum turgescebat; Lunâ autem lumen amittente, redibat clementior forma. Qvod ergo Luna fecit in his jam natis, atq; auctis, utiq; factitare cœpit in iisdem adhuc materno utero conclusis. Et si Lunæ tantam attribuimus efficaciam, cur cætero siderum cœtui eam denegabimus? Verum monstrosa ferè consequentia SCHOTTI ab influxu indeterminato ad determinatum, à mediato ad immediatum: stellæ sunt causæ universales & remotæ in producendo corpore humano, influentes indeterminate & mediate, non particulares & proximæ, quæ tantum effectum determinant & specificant. Fœtus hæ nec efformare nec deformare valent, nec unquam sanctum formationis moluntur opus, qvod solius est virtutis formatricis: influunt in temperamentum & humores, pro suâ virtute, eos augentes, minuentes, moventes. Sicuti igitur lunâ crescente, crescunt in ossibus medullæ, in capitibus cerebella, in corporibus humores, Lunâ decrescente diminuuntur ista: ita morbi, vulnera, tubera, imò partes monstrosæ excedentes, lunæ humorum Dominæ, dominium quam maximè sentiunt: Longè diversa est operatio stellarum, facta tantum immediate virtutis, à formatione corporis organici, quæ requirit influxum facultatis procreatrixis, concurrentis immediate suppositi.

VI. Deniq; nec naturæ ut sic, vel sibi relicta ista tribuenda deformitas, cùm opus naturæ sit opus intelligentiæ non errantis, id est Numinis Sapientissimi: opus naturæ dico, ἔργον seu effectus, non πάρεργον seu defectus: Natura intendit non nisi optimum ac perfectum, directè ac intentione primariâ, juxta mentem B. SPERLINGII in inst. qvæst. 14. super hoc caput, quia, positis omnibus ad finem consequendum ritè influentibus causis, finem intentum consequitur: Monstrum autem producit intentione secundariâ, quia, negatis ad finem consequendum mediis, operatur non ut debet, sed ut potest, suoq; fine excidit. Si enim perfectum consequi nequit, dat imperfectum:

Si



Si non ἔργον, πάρεργον: Anteqvam nullum edat effectum, cum defectu effectum producit. Nostra facimus verba LAURENTII Anat. Hist. lib. VIII. quest. 13. inqventis: depravatum conceptū plerumq; molitur natura potius, qvām nullum, qvia eternitatis & speciei propaganda tam aida est, tamq; sui diligens, ut aliquid etiam imperfectum & naturae nosira noxiū creare malit, qvām nihil.

VII. Remanet monstrositatis hujus, causa proxima efficiens, rectius deficiens, ipsa natura aberrās, cuius habenda ratio præviā conceptione, in formatione, nutritione, motu & partu. In conceptione, præsupponitur semen ex sangvine ortum, in vasis spermaticis præparatum, per parastatas elaboratum, ac à testibus ad naturæ usum perfectum, cuius partes crassiores, è crassiori sangvinis substantiā, per venas, subtiles, è subtiliori, per arterias profluunt: Non obstante, Gualt: CHARLETON Exerc. Phys. Anat. 10. testibus qvidem vim ~~ad equato-~~ nōntiū concedere, negare verò, semen produci ex sangvine, asserereq; ex adverso, ex materiā multò svaviori, qvæ per nervos elicatur, produci. Ejusdem mentis est GLISSON. Lib. Anat. hepatis c. 45. statuens, arterias nuspiam canalem nervosum seu seminalem ingredi, in eumq; effundere sangvinem, sed nervos liqvorem qvendam, spermati condendo præbere utilem. WHARTON. de Gland. c. 29. arterias ad testes spirituosum referre sangvinem admittit, haud tamen eam sufficere materiam, sed arterias modò ignobiliorem, nervos autem nobilissimam, virtute plasticā imbutam, dare partem. GVIFFARTUS de proximā lactis materiā cap. 2. asserit, vasa spermatica & testes in rubro dealbando sangvine, parum, imò ne vix qvidem laborare. HARVÆUS autem non modò venas materiam huic operi seminis conficiendi suppeditare, negat, sed & generationis omnium animalium principium remotum sangvinem maternum, proximum verò humidum primogenium, colliquamento crystallino, qvod in ovo reperitur, absolutè respondens, constituit, auram tantūm reqvirens, & contagiū qvoddam à semine communicatum, qvò uterus reddatur fœcundus, ita, ut semen sit solūm ὄχημα, vehiculum virtutis & potentiae hujus auræ; cæterum semen muliebre non concurrat ad conceptum κατ' ὄγκον, nec κατὰ δύναμιν, neq; viari semen in substantiam partis fœtum vel incipientis, vel componentis abeat. V. de Gener. animal. Exerc. XXXII. Habeat sibi pro-

primum illum ingenii fœtum *Harvæus de fœtu: concessit natura mari*
ac fœminæ vasa semen præparantia, venas atq; arterias, perficientia
testes, deferentia seu ejaculatoria, eo fine, ut generent, ceu causæ so-
ciæ, stantes pro unâ, unâ gaudentes facultate generatrice: Miscendū
utriusq; semen legitimè, in utero benè disposito, ceu loco natali:
Si enim genitura, pronunciante HIPPOCRATE Lib.20. de eâdem, ab
utroq; parente profecta, iu mulieris utero manferit, primùm qvi-
dem miscetur: Fovendum ab utero non minus proprium & dome-
sticum, qvam extrinsecus communicatum semen, osculo contracto
ac arctissimè clauso, quantitate justum & sufficiens, non excedens,
non deficiens: Ex illo enim monstra fiunt de facili in magnitudine
& numero excedentia, ut caput immane, duo capita, qvatuor bra-
chia: Ex hoc monstra in magnitudine & numero deficientia, ut ca-
put parvum totiq; corpori improportionatum, manus brevior alte-
rà, infantes absq; brachiis & pedibus, loqvor cum ipso B. SPERLIN-
GIO ex Inst. Lib. I.c. IX. quæst. 13. & Disput. de Monstris Anno 1629. habi-
ta. §. 62. Mutandum tandem semen, ceu corpus qvoddam heteroge-
neum, in ossa, cartilaginiæ, arterias, venas, nervos, cæterasq; cor-
poris partes integrantes.

IIX. *Facta qvippe conceptione, seqvitur justo ordine forma-
tio corporis: Neq; enim natura moras nequit, aut otiosa ferias agit,
sed negotiosa maximè à primo molimine, divina illa sancti hujus o-
peris architectrix, Conditoris sui æmula. In semine mixto miras
adornat dispositiones ac ordinationes, secretiones, concretiones,
densationes, rarefactiones, contractiones. Continuus hic interce-
dit contactus inter agens & patiens: Patiens est semen maris ac fæ-
mina: Agens, ceu principium quod, est anima, per traducem à pa-
rentibus fœtui communicata: Principium quo est vis plæctica sive
formatrix, procreatri ci inserviens, & semen, ceu materiam transe-
tatem immutans, quo respectu dilipescitur in ossificam, membrani-
ficam, nervificam, venificam, carnificam, &c. ac omnia
adeò membra efformans, quantitatem illis, figuram, situm, aliaq,
necessaria tribuens. Hinc ALSTEDIUS Encyclopæd. Lib. 13.
parte 6. c. 6. formationem subdividit in alterationem seminis,
membrorum delineationem & elaborationem sive perfecti-
onem singulorum membrorum. In divino huc formationis
opere*



opere vis plastica è partibus crassioribus, membranas fœtum ambientes effingit, tenuiores ac nobiliores intro recondit, & ad usus præstantiores ac nobiliores reservat, ab imperfecto ad perfectum ubique procedens. Qvâ de re B. SPERLING, in *Traet. de Format. homin. in utero cap. 5. p. 86*, seqq. formationem dividit in *primam*, qvæ est membranarum, interiorem & nobiliorem seminis partem, instar corticis concludentium, productio, quales sunt *Chorion & Amnios*, facientes propemodum partum secundum, & dictæ secunda vel secundina: Et *secundam*, qvæ est fœtus ipsius elaboratio: Eaque est primùm *imperfecta*, qvæ est partium omnium à capite ad calcem rudis adumbratio: post *perfecta*, qvæ est distincta membrorum elaboratio & consummatio. Hoc à naturâ sapienti observato formationis ordine: primùm membranæ semen obvallantes & quatuor vasæ efformantur umbilicalia: Post membrorum omnium rudis fit delineatio, qvæ septimo à cōceptione die absolvitur, ubi ex solo semine, nullo in consortium sumto sanguine, tres bullæ, cœu cerebri, cordis & hepatis rudimenta, nec non venarum, arteriarum, nervorum, brachiorum, pedum, omniumq; partium prima ducuntur stamina; tandem partes singulæ ex concursu sanguinis materni, per venam umbilicalem perfectius elaborantur, ac augentur, in fœminis die quadragesimo, in masculis trigesimo: per hunc deniq; consequitur perfectionem suam caro viscerum, muscularum ac peculiaris cuiuslibet partis, qvæ in masculis non ante tertium, in fœmellis non ante quartum mensem absolvitur. Haæ sunt in utero materno ætates, quas HIPPOCRATES quatuor distinxit temporibus: Primum appellat *γονή*, quo seminis species præpollet, ubi nihil præter semina coagulata & crustulâ obducta, cernitur. Secundum vocat *κύνης*, quo rudis partium adumbratio, & moles carneæ perspicua est. Tertium *ευθευος*, quo spermaticæ & carnosæ partes melius elaboratae sunt. Quartum *παρδίον*, quo partium omnium discretio perfecta est. Eminet tunc caput, arx sensuum & rationis, cui subjectum pectus, sub quo prominet abdomen, singuli ventres propriis gaudent partibus, similaribus & dissimilaribus: panduntur brachia & propendent pedes. En! absolutissimam corporis humani fabricam & structuram admirandam.

X. For-



IX. *Formatione* istâ ad leges naturæ *absolutâ*, infans incipit
nutriri in utero sangvine materno , qvi post trigesimum diem pri-
mum affluere perhibetur. E sangvine enim concrescunt non tan-
tum omnis generis carnes , sed & sœtus nutritur , ac augetur,
cum finis sanguinis hujus non minus sit perfectio carnium, qvam
nutritio ac auctio totius. Quid , qvod in communi è qvocunq;
sangvine humano eluendo eum aqua tepidâ & comprimendo, mas-
tas carneas generari posse, referat D. KERGER. in *Lib.de ferment.* p.
59. Ut adeò fœtus non à primis conceptionis diebus nutriatur,
sed elaboratis jamdum partibus solidioribus. Faciunt in hanc rem
verba LAURENTII, qvæ habet *Lib.8. c.6.* inqviens: *prior illa fœtus*
vita primis post conceptum diebus simplicissima est , & sine nutricatu
perficitur; qvid enim nutritione opus , ubi nullus partium exhaustus?
ipse suo se calore & spiritu insito satis fovet conceptus: postquam verò
discretæ & delineatæ sint partes , statim & nutriti & augeri incipit
embryo. Sangvinem hunc non ore trahit fœtus, qvod clausum, nec
ullis aliis junctum vasis , sed per venam umbilicalem, postmodum
deferendum ad epar, ac ex hoc ad cunctas corporis partes, sine ullâ
chylificatione & sanguificatione. Naturalem hanc actionem se-
qvitur vitalis, qvâ spiritus vitales per arterias umbilicales accipit à
matre fœtus: Sicuti enim per venâ umbilicalē communicatur san-
gvis crassior, ad nutrimentū & augmentū faciens: ita per arteriam
umbilicalem sangvis subtilior , vitalibus præditus spiritibus, ad
continuandam vitam. Illustrant mentem dicta BURSERI Profes-
soris Academiæ Soranæ in *Introd. ad Scient. Nat. l.3. c.7. p.138.* seqven-
tia: *Condita fuit arteria umbilicalis non sine numeroſa ramorum fo-*
bole, qui uteri lateribus affixi prolectant inde & combibunt sanguinem
arteriosum, cum admisto spiritu vitali, eumq; transmittunt per umbi-
ticum ad fœtus arterias Iliacas, (qvibus arteria umbilicalis, inibi bipar-
tita utring; implantatur) ut inde per universum corpusculum dispense-
tur. Vitalem deniq; actionē concomitatur animalis: Naturalis qvip-
pe perficitur naturalibus, vitalis vitalibus, animalis animalibus. Spi-
ritibus: Naturalis per venam umbilicalem, vitalis per arterias umbilica-
les, animalis deniq; spiritus è spiritu vitali ac aëre trahitur, & per
nervos ad sensus & motum sustinendos dispergitur. Eqvidem in
fœtu nullus videtur esse aëris locus, nulla nervorum fœtus ac uteri
communio , sicuti venarum ac arteriarum: qvæ res BURSERUM



L.C. p. 142. eò adegit, ut spiritu animali ad sensum & motum opus
haud esse, statuerit, imo talem prorsus negat spiritum. At
succurrit hærenti *beatus noster Nature & interpres L. c. p. 172.* asserens,
eandem spirituum animalium in fœtu generationem esse, qvam in
infantibus jam editis, ubi in cerebro formantur, & per nervos di-
stribuuntur. Neq; deesse materiā geminā, aërem & spiritum vitalem;
Tantillū enim aëris facile suppeditare transpirationē. Et spiritu vi-
tal is aditū qvid vetet? Diffusus hic per totū corpus, nullibi inclusus,
nullibi exclusus. Per hunc spiritum fit sensatio, fit motus, qvi ex
communi sententiā, mense tertio accidit in maribus, qvarto in
fœminis.

X. Formatā nunc justè totā corporis mole in utero, nutritiō
ejusdem partibus ac augmentatis, & transactā adeò ætate ibidē de-
bitā, instat *partus*, nono potissimum gestationis *mense*, qvod tempus
medium obtinet inter extrema, magisq; vitalem pollicetur partum;
ut ut detur subinde septimestris, octimestris, decimestris, imo un-
decimestris, duodecimestris, tredecimestris, qvatuordecimestris,
qvinq̄decimestris, juxta PANCIROLLUM Lib. 2. p. 198. seqq. Ac si-
gularem hanc in rem raramq; admodum edidit observationem, Ex-
perient. D. MOLLERUS, Archiater Brandenburgic⁹ de partu 173. die-
rum vivo, qvi legitimus in foro judiciali competente, post decen-
nalem controversiam, declaratus fuit, solidis insimul naturæ fun-
damentis adductis. Fœtus verò uterum egressurus mundumq; in-
gressurus, expedit se à vinculis uteri, alimentum spiritusq; deficere
sentit, ac ex loco sibi indies angustiori, in liberiorem ferri gestit:
Hactenus facie velatā manibus suis, ac erectum caput tenuit versus
caput matris, & faciem versus anteriores ejus partem: instantे
partu, facies convertitur versus dorsum matris: Capite enim gigni
hominem mos ritusq; naturæ est: in pedes procedere nascentem,
aut aliter etiam in lucem niti, præter naturæ fit institutum; Inde
Latini dixeré, *fætum nasci in caput*. Imo uterus ipse, obsecundans
motui continuo membrorum, liberare se à grandiori nititur sarcina-
nā, tandemq; instinctu naturali partum excludit.

XI. Ordinem nature in conceptione, conformatione, nutritione,
vivificatione, ac exclusione fœtus lustravimus animo, & sapientis ma-
tris solita deduximus instituta luculentius, qvō pateat ex adverso,
natu-



naturam nimirum à sacro illo recessisse ordine, in edendo *hoc monstro masculino*. *Universa causa proxima deformitatis* *bujus petenda* cum maximè à *conformatione*. In *conformatione* omniū fit membrorum delineatio ex semine & elaboratio è sangvine, qvæ principia, si peccent quantitate, qualitate, aliâve indispositione, ipsa natura peccatum admittere tenetur, in pervertendis corporis humani lineamentis, & primis quasi rudimentis deformandis: Primis enim membris, qvibus omnia instar lactis aut casei sunt, ossa mollia, tenera & flexibilia, ac non tam in esse, qvam in fieri sunt, membra variè mutari, incurvari, extendi & distendi queunt: Factâ verò partium delineatione, nec numerus, nec figura in totū mutari potest. Sic in principio conformatiōis membrorum fieri possunt, quatuor brachia, quatuor pedes, & plura capita: Ubi verò in principio formata sunt brachia duo, pedes duo & caput unum, ibi in fine non formabuntur brachia tria, pedes quatuor, & capita duo, pronunciamus denuo cum B. S P E R L. L.C. p. 116. In fiendâ *conformatione* vitium latet, non factâ: in formando fœtu, non formato. Ab imperfectâ ad perfectam progreditur formationem natura, amans ordinatorum graduum, nescia saltuum: Illa semine absolvitur, primis statim, septem diebus: hæc sangvine simul, à trigesimo aut quadragesimo die: quod vis plastica in semine effecit, sangvine perficit, quo partes perfectè elaborantur augmentur, perficiuntur: Hoc vel deficiente, vel non justè partibus delineatis affluente, aut male se habente, redduntur partes mutilatæ, imperfectæ, deformes. Qvæ ratio cū vel in hoc fœtu mereatur locum, & præ cæteris emineat ex nimiâ seri abundantiâ, vitium in impeditâ perfectâ conformatiōne præ cæteris ponendum esse, judicamus haud ex vano. Formatione qvippe partium similarium & dissimilarium absolutâ, uniformis manet illarum status, sive ad normam naturæ justus, sive vitiosus. Ita enim delineatâ manu, aut pede efformato perfectè, non potest deesse cubitus aut tibia, cum ossibus sibi propriis cæterisq; partibus debitiss. Omissò verò cubito in manu, & tibiâ in pede, non temerè post perfectam formationem tantus defectus suppleri potest, qvocunq; etiam principio allabente materiali, merè passivè sese habente.

XII. For-



XII. Formationis principium utrumq; jungit in reddenda monstrositatis causâ materiali s. subjectivâ, mens veritatis studiosissima, B. SPERLINGI, expressa verbis in Inst. lib. I. cap. 9. quæst. 13. his : materia est semen, qvod monstri causa fit tribus modis: Primò si deficiat : sic fiunt infantes absq; brachiis, absq; pedibus: Secundo, si superfluat & redundet : Tertiò, si non legitimè misceatur. Non tamen hic in totum exclusum volumus sanguinem menstruum, qvi, cum faciat ad carnium generationem, nec non infantis nutrimentum & augmentum, etiam pro suo vel defectu vel excessu, vel alio modo infantem vel maiorem vel minorem, vel aliter depravatum reddere potest. Prius tamen formandæ partes corporis sunt, antequam nutriantur sanguine ac augmententur: non n. semen, non sanguis nutritius, sed partes solidæ: Nutritionis finis est restauratio materiæ absumptæ. Neq; enim facere possumus cum recentioribus Harvæanis, semen omni influxu privantibus & sanguini materno, humidoq; primogenio totum formationis negotium committentibus: Qvibus obverti jure possunt rationes BURSERI l.c. p. 104. seqq. originem omnium partium, qvocunq; etiam veniant nomine, soli tribuentes spermati, non sanguini, nutrimentum verò ac incrementum solo sanguini, deducitæ ex his, qvod, cum plerarumq; partium formandarum fundamenta simul jaciantur, sanguis mox cum semine præstò simul adesse debeat, tres bullæ, ante omnem sanguinis adventum, quam una hepatis etiam, sanguini concreto simillimi, rudimentum sit, appareant; sanguis maternus ingrediatur materiam seminalem per venarum canaliculos, parandarum ante sanguinem affluentem; Imò, qvod aliquid sanguinis ex semine comproducatur, in venulis primùm rubentibus: uti in ovo, croris omnis experie, statim nascuntur venulæ sanguine rubicundo turgentissimæ. Ad nostram tuendam sententiam distingvimus inter delineationem seu efformationem partium, ac earundem perfectionem: Elaborantur à vi plasticâ è semine, heterogeneo illo corpore; perficiuntur autem mediante sanguine, maximè carnosæ.

XIII. Procedamus nunc per partes corporis monstri hujus organici, resolventes illud in ventres suos ac artus. Venter ejus supremus, sive caput plus justo extensum eminuit, quantitate reliquos superans ventres. Equidem infantum recens natorum capita abs se eminent præ cæteris partibus, cuius rei exemplum affert Exper. PLATERUS in Cent. quæst. phys. I. his. caput embryonis

C

rejecti,



rejecti, exigui alias avellanae instar magnitudine, reliquum corpusculum proportione observata superabat, quod cum illud solam ex semine constet, reliqua vero partes sanguine enutritae augeantur, non tamen reliquias magnitudine superare. A justo tamen solitoque naturae ordine aberravit nimium stupenda capitis hujus quantitas. Si ejus forma externa spectetur, pars glabra elaborata cum suis partibus legitimè & infacies cum auribus perfecta: *Capillata calvariam* a. cranium exhibuit quidem, ossa tamen mollia existiter, & suturæ hiatū præ se tulerunt: Si vero quantitas illius conferatur cum reliquo corpore, omni excidit proportione. Causam vitiositatis conjicimus in nimiam seri abundantiam, quam probat abunde tempore graviditatis, insolita illa, & gravis adeo ventris inflatio, ut difficulter se incurvare gravida potuerit, & ad omnem corporis motum pronum, quandam senserit dolorem, circa fœtus exclusionem, nimium materiæ, maximam partem aquæ, profluviū: caput ipsum retro pendulum, referens in occipite aquæ bullam: factâ compressione, effluxo materiæ illius è natibus atque palato. Abundantiam illam ad mentem Medicæ artis peritorum, è lysis ductibus aquæ sive ruptis vasis lymphaticis subsoftam esse, colligimus. Hæc ita nimium ventrem extendit supremū, cum suis partibus contentis, suturas procreavit, cerebrum, sedem spirituum animalium invasit mole suâ ac occipitum fecit vergere ad humeros. Si enim juxta naturæ cursum puerulus innatet in aquis, eciam iis innocenter, ut in balneo sedet usu venire potest de facili, ut lysis aquæ ductibus abundet serum, viscera præter naturam ingrediatur, totamque corporis maternam perturbet.

X. V. Ossa, naturâ suâ duritiem præ se ferunt & quædam illorum legitimo sibi nexu intricata sunt. Cranium est os crassum multis foraminibus pervium, cerebrum tegens & defendens, & continens os frontis, duo ossa syncipitis, totidemque temporum unum occipitis, una cum osse sphenoide ac ethimolide. Evidem competum est in vicens natu infantibus ossa syncipitis superiore parte primùm videri membranæ, post cartilaginea tandem in adultis ossea, ac adeo imperfecta ab initio, ut cavitatem veluti hiatum efforment, ac clarè systolen, ac diastolen, motus in cerebro argumentum, exhibeant. Conf. SPERLING. antropol. 631. In hoc vero os occipitis potius molle ac nondum rectè elaboratum visum fuit, quod alioquin in infantib⁹ multiplex, in adultis autem

autē unum accedente præterea Suturarum defectu, cum naturā ossa hæc conjuncta suturis sint, ne uno ictu tota frangatur calvaria, aut ne retentis vaporibus ac recrementis, perpetuis doloribus caput esset expositum.

XV. *Venter medius seu thorax*, qvoad partes externas, complectitur *collum & thoracem in specie dictum*: *collum* hoc in monstro perangustum fuit, & parvum injecit discrimin caput inter & thoracem. *Thorax* omnium ventrum minimus; crassi-
tatem adimplevit pollicis, cuj9 vestigia ex mammillis residua, adeò, ut collum propemodum abfuisse, thoracis initium modò adfu-
isse, dixeris, si monstrum videris: Dicunt, qvi viderunt, natura
Consulti nominatissimi. Si PLATERO adjiciendus calculus,
causa rei emerget ex eo, qvod, uti caput maximè constat ex se-
mine, ita reliqæ partes sanguine enutritæ, augentur, in hoc fœtu
sangvis non justè partibus thoracis affluxerit, & abs se peccans,
vim formaticem impedivet in perficiendis partibus continen-
tibus pariter ac contentis, ipsisq; adeò officinis sanguinis; qvan-
doqvidem sangvis è venâ cavâ in dextrum cordis ventriculum, ex
hoc per arteriam pulmonariam in pulmones, à pulmonibus per
venam pulmonariam in sinistrum cordis ventriculum, ex hoc per
arteriam magnâ in totum moveatur corporis ambitum; ubi factâ
conjunctione cum venis *per vasa sanguinaria*, venæ exsugūt sanguinem,
ac iterum versus venam cavam tandemq; cor vehunt. Qvan-
quam fundamentaliter & radicaliter angustiæ thoracis vitium
qværendum denuò censemus in injustâ ejusdem confor-
matione. Hâc enim termini illius vel dilatantur debito modo, vel
coarctantur illegitimè.

XVI. *Ratione ventris infimi seu ab dominis*, vix hic expe-
ctandum ejus initium à cartilagine mucronata; Qvod natura me-
dio denegavit, id liberius infimo concessit; si quantitatem ejus
attendas. Carneus per se est, qvoad partem anteriorem: ad
carnium verò perfectionē, cum maximè sangvis reqviritur, qvi si
serosus nimium, superato ac oppresso calore, humiditas diffusa in
iis dominari potest facilè.

XVII. *Artus autem omnium evidentissimam fœtui huic re-*
conciliarunt deformitatem: In manibus principiū brachii est finis
cubiti, deficiente maximâ brachii parte, & toto cubito: In pedibus
principiū femoris est finis tibiae, deficiente maximâ femoris parte,
& totâ tibiâ: Ingressa est benigna natura opus formandorum ar-

tuum, & molita qvidem, sed sine successu; turbata luculenter, ac revocata à sancto instituto ob principii materialis defectum, ac indispositionem. Totam adornasset structuram artuum in primo molimine, si materia suppetisset debita; qvâ negatâ, maturavit opus, ad finem properans, & in digitos manuum pedumq; desinens. Et suis gaudent partibus internis artus, ossibus, musculis, vasis: Non nutritioni hæ suam debent originem, aut augmentationi, sed verò conformatio, qvâ absolutâ, nutritio perficit formata, & augmentatio firmat nutrita. E heterogeneo illo corpore, semine, stamina illarum partium ducenda: è sanguine, complementum, nutrimentum, augmentum. Qvæ caufa est, qvod gravida Mater fœtûs motum aut parum aut nihil sentit, faciliorem ediderit partum, inverso naturæ ordine, pedibus prius procidentem, qvam capite.

XVIII. Qvam ob rem si desiderentur non minus in artibus ossa, qvam medio ventre vertebræ dorsi pariter ac costæ, præsupponimus haud injuriâ ex SPIGELIO, ossa recens natorum admodum tenera esse ac flexibilia, ut ipsis, qvamcunq; velis, figuram facillimè largiatis: Et superius mentio facta fuit syncipitis, cujus pars anterior in infantibus primum membranea, post cartilaginea, tandemq; ossea: Ut alia exempla siccо prætereamus pede: Qvod si tamen mera mollities locum in hoc habuerit monstro, redeundum ad primam aberrantis naturæ originem Requirunt ossa seminis partem crassiorem, si verò ea aquæ propior, & diluta potius, nullam firmitudinem ac justum stabilimen corpusculo reddere potest: prævalente qvippe in semine humiditate, exspirat calor, soliditas ac justa durities.

CAPUT III. JUDICIUM EXPLICANS PHYSIognomicum.

§. I.

Qvod si in primis condignis vehenda laudibus ac ex merito referenda inter præcipua formæ elegantis requisita, proportio membrorū corporis humani, in hoc monstro immutatum profus membrorum statum ac inversum dixeris. CICERONI 1. offic. Pulchritudo est corporis apta compositio membrorum, ac AVERROI 7. Phys. 17. est proportio inter membra media & extrema. Maximam proinde deformitatem huic conciliat puellulo nimia membrorum disparitas ac inconvenientia supra modum notabilis.

§. II.



II. Si *Physiognomiae* habeas rationem *Anthropologicas*,
quam vocant *totalem*, à norma naturæ institutoq; hujus partes
recedere corpusculi, patebit luculenter. Ex mente ARISTOTE-
LIS, GALENI, & vel maximè Alberti DURERI in *Tract. de
Proport. Corporis humani & Partium*, Capitis quantitas ita com-
parata sit, ut totius corporis longitudinem justò contineat no-
vies. In hoc quantus ventris supremi excessus? quantus medii
ac infimi habito respectu ad supremum, defectus? Multò minus
convenit longitudo totius corporis cum longitudine brachio-
rum extensorum ac pectoris intermedii, deficiente cubito u-
troque. Qualis præterea hic expectanda congruentia vultus ac
palmae in longitudine, vel pectoribus aliisve artificialium for-
marum conditoribus nota? Ratione artuum, secundum ARI-
STOTEL. breves cubiti, femora designant brevia, & pedes exi-
gui, parvas manus: Ita hic defectum cubiti exciperet defectus ti-
biæ & imperfectum brachium, femur imperfectum.

III. Non vana illa ventrum deformitas in monstro, nec
sine indicio inversus corporis ordo. Respice caput, proportio
caput inter partesq; reliqvas alioquin reqviritur. Loqvar ex
Beatissimi SPERLINGII, unicè optimi mei Doctoris ore, à
quo totus pependi per quinquennium, in *Anthropol. Lib. 2. part.
2. c. 3. quæst. 3. p. 620.* Si corpus magnum, & caput magnum; bo-
num est indicium: Indicat enim robur formaticis & hominem
sensibus vigentem, ingenio & judicio valentem, & ad quævis patran-
da paratum. Si corpus & caput mediocre, itidem bonum est indicium:
E cerebro enim velut promptuario sufficienter suppeditantur Spir-
itus ad actiones edendas. Si corpus parvum & caput parvum, bonum
iterum indicium est: adeo tanta spirituum copia, quanta corpo-
ri sat est. Si corpus magnum, & caput parvum, malum est indiciu-
m; Nec enim sufficiunt spiritus pro tanto corpore, & qui adsunt,
aut incalescunt aut suffocantur: Si corpus parvum & caput ma-
gnum, itidem malum indicium. Neg, enim spiritus vitales, qui
animalium materia sunt, sufficienter subministrantur, neg, in capite
amplo rectè elaborantur. Tales stolidi sunt ac indociles. Secutus
est optimus Naturæ interpres vetustissimos *Physiognomos*
POLEMONON. & *ALBERT.* Lib. animalium dicentem: E-
norme ac immensum caput, quod præfui magnitudine ad humeros
vergit, sensu & virtute caret, stultum, stolidum ac vehementer
indocile est, morbisq; exitialibus opportunum, arguens potius mate-



riæ copiam, quæ virtutis robur. ET ARIST. *Libro de somno & vigiliis inquietem*: qui nimio plus in caput extumuerunt, somnaculosi sunt: Nam quo amplius est receptaculum, eo plus capiat necesse est: Atque adeò capitum magnitudo indebita materiei potius abundantiam, quam virtutis excellentiam indicat. Hujus pueriliverò caput mira magnitudine in utero intumuerat.

IV. Circa colli thoracisq; formam notamus, collum pulmonum gratia datū; quare animalia pulmone carentia, ut pisces, nec articulatam vocem edentia, collo destituuntur, edifferentem LAURENTIO *Lib. 9. c. 3. p. 738.* Ubi igitur collum non est, ibi pulmo non est: Alterum propter alterum factum est; Colli finis pulmo est, pronunciamus cum B. SPERLING. *I. c. c. 7. qvæst. I. p. 681.* Ex quibus constitutionem pulmonum in monstro judicare, in proclivi est, Pecto, quod si magnum alijs articulatum ac amplum, fortitudinem denotat; Sin augmentum nimium ac imbecille, imbecillum ac invalidum arguit. Confer. *Johan. Baptista PORTA de Hum. Phys. Lib. 2. p. 268. 299.* In tam arctis terminis concluso pectoris spatio, quot & quanti spiritus vitales agere potuere? Hi si multi & validi, per universum diffunduntur corpus, & cum maximè cerebro communicant, tanquam materia spirituum animalium: In hoc verò monstro spiritus vitales pet se imbecilles, in vasto capite & sero diffuso elaborari recte haut potuerunt, multò minus robor adspirare capiti. Deniq; molles latera molles & imbecililes significant.

CAPUT IV.

JUDICIUM DE FINE EVENTU QVE.

§. I.

PHYSICUS finis tam alienus à monstro, quam alijs à casu, cuius exemplum monstrum est; siquidem præter intentionem agentis fiat: Propter finē verò efficiens agit, ut primus iis sit in intentione, ultimus in executione, & non nisi rationem boni habeat, ARISTOTEL. *I. Phys. 3.* Monstrum igitur, ceu error naturæ & defectus, ab hâc nunquam intenditur directe.

II. *Hyperphysicum* autem finem naturalibus sæpenumero subesse, largimur faciles, accendentibus plurimis exemplis, *Iris* venustissimum illud Φαινούσεον & speciosus in decore suo arcus, naturalibus licet surgat de causis, firmus tamen est in nubibus obfus, de non perdendo undis genere humano, ac inito Numinis propitiū cum mortalibus fœderis testimonio. Similia occur-

runt



gunt non minus inter meteora, qvām ipsa corpora naturalia, omen qvoddam spirantia, qualia adduximus fusius de sudore lacrymisq; sanguineis, cadavere cruento, corporibus brutorum & planitarum fructibus, metallis, elementis, deniq; meteoris sanguineis in, dissertatione publicâ de causis corporū cruentorum superiobus annis & elapso cum maximè, in Misniâ vicinisq; oris conspicuorum; Qvò faciunt & infecta in superiori Hungaria, Novizolii d.XX. Novemb. A 1033. cum nive delapsa, publicæ luci à nobis exhibita.

III. Omen qvidem Beatissimo DANNH. l.c. in Cor. §. 31. est signū insontenti, rei consequentis, analogū casu pridē indeprehensum, post demū agnitū: Casu inquit, nam si divino accidat consilio, jā analogum qvi est consilio, mibi tamen casu fortuito accedit; Inter alias rationis conjecturas refert ex CLUVERO in append. Hist. p. 5. de uxore cumdam militis, Magdeburgi ante funestum excidium agente, qvæ, ubi partus doloribus extingvendam sese perspexit, uterum aperiri futurum mortuæ, fœtumq; inspici precata est: repertus est puerulus trimuli magnitudine, caput galea munitus, testorio totius corporis armatus carneo, qvod instar chartæ detrahi potuit, pedes ocreatus. Adhæsit corpusculo mantica militaris, in qvā orbicularis glandes consimiles iis, qvæ Musqvetus emittuntur: Super qvæ ea est CLUVERI Epicrisis: Nimirum mundus jam nil nisi arma, cædes, bella parturit: iisq; semetipsum, prout miserabilis illa mater cum sobole suâ, crudeliter absunit. Haud dissimile exemplum ab illo allato PHILIP. MELANCHT. de infante nato, cui culter cuspede eminens extra ventrem, infixus visceribus fuit, secundum §. IV. capit. 2. Conf. & SCHENKIUS in Hist. Monst. narrans illud ex Chronologicis LYCOSTENIS p. 86. Quid qvod Daniel. VII. vicissitudines Monarchiarum sub monstrofis bestiarum figuris prædicentur: Et inter alia signa eversionis Hierosolymitanæ bos, cum ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit teste JOSEPHO Lib. 7. de bello judaico cap. 12.

IV. Qvā de re monstrâ præ se ferre omina, absolutè negandum haud est, cum vel in poenas dentur mortalibus, vel futura in judicio divino decreta denunciantur: Illud qvippe est fulmen vocis divinæ Deut. XXIX; maledictus erit fructus ventris tui, fructus terra tue, fætus boum & ovium. Exemplū ejus rei præbet 4. Eldræ V. Mulieres menstruatae parient monstra. Media tamēhic incedendum viâ; & tamdiu naturalibus insitendum causis, donec Numen ab-

scor-




seonditas patefaciat significationes, à posteriori cognoscendas,
nec liberæ rationis cogitata pro absolutâ necessitate venditanda.

V. Facimus cum DANNHAUERO l.c. calculum adjicien-
te illo Piasecii suffragio in *Chron. rer. gest. p. 213.* his : Memoratur
hoc anno (ita ille) circa Voradinum, terram gravi motu concus-
sam tremuisse, & mulierem gravidam eo tempore octo infantes
uno partu effudisse, sed quid illud prænuntiarit, hucusq; non
constat, nisi quis inde conjecturam traxerit proximiorum Tran-
sylvaniæ conversionum, quibus Sigismundo Batoreo ex illo Prin-
cipatu ejecto, à Moysè sublato, tot alii Duces sunt exorti, qui eun-
dem Principatum à Dominatu Austriacorum vindicarunt, vel so-
lum pro ingenio cuiusq; portentosa hujusmodi succedentibus
rerum eventibus accommodari possunt, non quod naturæ innu-
meros foetus concipientis errores ex subjectâ materia fortuiti
cœco casu certum quid futurum possint designare. Plurima simi-
lia hoc seculo à diversis enumerata lubens omitto, expertus lon-
go usu omnia illa vana & observatione indigna fuisse: Ut ut ipse
autor similibus hujusmodi ominibus multū tribuat p. 278. Exem-
plorū sylvam invenies apud NEUHUS. l. 2. fatid. c. 33. Recentius
adhuc mentem subit seqvens : Anno 1672. Die 3. Januarii in
superioris Hungariæ quodam Pago, nomine Neudorff, qui diti-
onis est Principis Ragoczy, & vix per milliaris quadrantem à Regia
Liberâ civitate Bartphâ distat, natæ sunt duæ puellæ, dorsis inte-
gris invicem concretæ, quarū altera in partu statim periit, altera
non ita multo post partum. Quod monstrum à multis non sine
stupore visum est.

VI. Cœteroquin in hac ad finem ruentis mundi sentinâ
errata vitæ, cumulantur erratis naturæ: Εγεγευα, *πάρεγεγευα,*
& αναρτήματα τῶν θεων excipiunt αναρτήματα τῆς Φίσσως: Ex-
cessus culparum provocat excessum pœnarum: Morum barbaries
deformia parit tempora, injuriâ, rapinâ, sanguine bellisq; cruen-
tis nos circumcluentia, ut exclamare cum Sancto Viro,

*Polycarpo habeamus necessum: O Domine, in ave
nos reservasti tempora!*

DEO OMNI-SAPIENTI-POTENTIQE
GLORIA SEMPITERNA !



Si Virtus Arti conjungitur, altera semper
Majus ab alterius lumine lumen habet.
Respiciunt utramq; Tui, SCHEPLERE, labores,
Qvos compensabit tempore fama suo.
Virtutem porrò superadde fideliter Arti;
Sic hæc Te Doctum reddet, at illa Bo-
num.

L. M. Q. Scr.

JOHANNES FRIDERICUS SCHARFIUS, D.
Facultatis Philosophicæ DECANUS.

SÆpius obliquum commostrat dogmata
recti,
Resq; magis constat, cui datur oppositum.
Hinc bene, quod Monstri causas SCHEPLERE,
requiris,
In lucem nuper quod VVitteberga tulit.
Nam sic Naturæ sese mysteria pandent,
Et fiet rerum notior ordo Tibi.

CONSTANTINUS SIEGENIUS
D. & P.P.

21

An
H E R R N S C H E P L E R N /
Seinen fleissigen Zuhörer/und sonderbaren Freundt/
M A D R I G A L :

G Eh kenne Deinen Fleiß/
Den Du noch täglichen vermehret lässeſt blicken
Das auch bewogen wird die Pallas dir zuschicken
Den grüner Ehrenpreiß.

Wann Phœbus höher steigt so kan man Rosen brechen.
Fahr fort du Mūsen Sohn/
Deß Vatern graues Haar mit Freuden zubehren
Und deiner Brüder Ruhm durch seltne Kunst zumehren!
So folget Pallas Krohn.

Gab iu geflügelter Eyl / mit glück-
wünschenden Sinnem/

Simon Friedrich Frenzelius/
der Philosoph. Facultät. Adjunct.

TEmpore monstrolo, qvo monstrat monstra nefanda
Doctrinæ & morsum vita scatens vitiis;
Naturæ monstrum producis, Avuncule chare,
De qvo jam doctum prælum inire cupis.

Gratulor ergo Tibi, (cui qvævis prospera graror)

Gratulor hos ausus, primitiasq; tuas!

Gratulor, haud frustra Te libris incubuisse,

Gratulor, id studium jam valuisse tuum!

Gratulor ex animo. Plus ultra pergit semper

Sic olim studiis præmia digna feres.

Solvito monstrosas tricas & victor abito

Sub Claro & docto Præside FRENZELIO.

*Hisce Pereximio ac Præstantissimo
DOMINO TOBIÆ SCHEPLERO,
Avunculo ac Contubernali suo à puerō
dilectissimo, publicè disputanti, gra-
tulari voluit, debuit.*

ARNOLDUS HARTZ, Holsat. Phil. & Theol. Stud.

Pon VdL 1771

2.[7]

f



aus Sammelbd.
extra gebunden

KD77





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-36449-p0032-5

DFG

h. 72, 6.

ADSP

M
TIO
RIA

VE

V


AN

M.

T

A

83



ENTISSI MO!

RUM

IM
PROPOR-
TILIS

AUGUSTI,

TIN PUBLICO

DERICO

O,
LOPH. ADJ.

EPLER,

cl. loc. LXXIV.

FORI.

ILLKIL

2,17.